a) Vixit – III. in marg. suppl.

quasi terdenis milliariis communiter cum eo ipso venit, ibique praedictus sanctam ecclesiam Ravennae et ipsam urbem martirio dedicavit. Vixit[a] autem in pontificale solio annos XXVIII, mens I, dies IV.

De sancto Aderito archiepiscopo II.

b) levisse

Aderitus secundus, vir sanctus et timoratus, a beatissimo Apollinare est presbyter ordinatus, et electione[b] columbae in archiepiscopum consecratus. Defunctus autem, et sepultus est in civitate Classis V. Kalendas Octobris.

De sancto Eleucadio archiepiscopo III.

b) excecuit

Eleucadius tertius a beatissimo Apollinare diaconus consecratus, et ipse tanquam philosophus Graecis et latinis literis eruditus, multa volumina construit[b]. Defunctus et sepultus XVI. Kalendas Martii extra muros Classis, cujus doctrina in divinis floret officio sancta Ravennensis mater ecclesia. [Corpus istius hodie requiescit in civitate Papiensi.]

De sancto Martiano archiepiscopo IIII.

Martianus quartus a beatissimo Apollinare diaconus ordinatus, et simul cum praedicto sancto Eleucadio sepultus in praedicti beati Eleucadii ecclesia.

De sancto Calocero archiepiscopo V.